Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

subtilitate concordantes utriusq; adeo compage formatus. Ergo passer bonus
est cui uolandi natura subpeditat. adest etiam malus passer qui uolandi usum
terrenis uitio labis abolauerit. Quales sunt isti passeres qui dipondio uen
dunt. alibi asse uendunt. alibi dipondio. Quanta uilitas dedictorum
Mors enim uilis. sed pretiosa uirtus. Et enim aduersari tamquam captiua
mancipia uiliori pretio estimationis addicta. at uero dns tamquam
speciosa seruitia quae adimaginem & similitudinem suis fecit. idoneus
suis operis estimator. magno pretio nos redemit. sicut ses apls dixit
Empti enim estis pretio magno. Et bene magno. quod non estimatur aut
sed sanguine. quia pro nobis xps mortuus est. q nos pretioso sanguine li
berauit. sicut etiam ses petrus in epla sua commemorat scribens ad
nos. Quia non corruptibilibus argento uel auro empti estis de uana uita
conuersatione patrum traditionis. sed pretioso sanguine quasi agni
incontaminati & immaculati xpi ihu. Et bene pretioso. quia immacu
lati corporis sanguis est. quia sanguis est filii di qui non solum de maledicto
legis. sed etiam de impietatis morte p petua nos redemit. In summa igitur
hic sensus est. Si ds uilibus auibus & infidelibus hominibus uel moriendo
de solo uel interitu fecunditate pspexit. si misericordiae suae omnibus munus
impertit. haut et dubitandum contemplationem apud illum fidelium
ualituram et meritorum. Prelatae autem & fidei acuendo intexuit. &
fidei ipsi uirtutum fundamenta subiecit. Iam ut fortitudinis incentiuum
est fides. ita fidei firmamentum est fortitudo. Et omnis qui dicit uer
bum in filium hominis remittetur ei. in spm autem scm qui dixerit. non
remittetur illi. Vtq; filium hominis xpm intelligamus. qui de spu sco ge
nerat. & ex uirgine est. qd parens ei inteatis sola sit uirgo. nunqd
ergo maior. sps ses xpo. ut in xpm peccantes ueniam consequantur. in
spm scm delinquentes remissionem non meretur adipisci. sed ubi unitas
potestatis est. nulla comparationis est quaestio. neq; controuersia mag
nitudinis. cum magnus sit dns & magnitudinis eius finis et non possit